



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### **De Vita Et Institutio S. Ignatii Societatis Iesu Fvndatoris. Libri Qvinque**

**Bartoli, Daniello**

**Lvgdvni, 1665**

VIII. Eiectionibus, & famosis libris exagitata Societas.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-10840**

cœli ac superum in Societatem consentaneas fore, loco eius natali, & fundendi sanguinis prodigam, ac perpeffione mascula excitandarum in se tempeffatum, Martyrum omni responfuram & tenemus euentus, omnis huius claros interpretes; nam lapfo vix sæculo, supra trecentos hodie cenfemus, qua ferendo in ethnicis Chrifto qua propugnando inter hæreticos, lentis ignibus coactos diu mori, præfocatos mari, quadratim diffectos, confixos telis, & lanceis, fuffixos in crucem, capite truncatos, aquis vel congeliantibus extinctos, vel ardentibus necatos, veneno, laqueo, foffa ( tormenti apud Iapones genus ) crudeliffimè confumptos. Iam quidem ipfa ad excolendos Indos paratura iter & Martyrium longum eft, vita inter fauas furentis tempeffates, & iacentis Oceani pertinacem languorem arumnofiffima: nauigationes infinitæ, zonæ torrentis æftus vix tolerabiles, populorum immanitas barbara, linguarum difficillimarum fastidij plena; refugique horroris difciplina; ferina interdum in fubterraneis, in antris, fyluifque habitatio, victus coctæ orizæ breuis, poft hæc mortes non rarò, tam ingeniofæ in cruciatus fauitiæ, vt in iis mors ipfa gratiæ loco fit. Hæc nihilo feignius perrumpit fpargendi pro Chrifto defiderium sanguinis, quod fuo ab ortu hauit Societas, tam quidem fortiter, & latè per eius filios graffatum, vt tanti huius boni aucupandis apud Indos occafionibus, illorum bona pars, fi modo finatur, defertura fit Europam.

Iam fi diras infectationes mente repetimus quas Societas paffa eft, haud fcio an vllum in ordinem res duæ conuenerint, adè inter fe non modò diffitæ, verum etiam prorfus oppofitæ, tot, in quæ fequaces habuiffent, tot infectatores, tot exceptâ locis, tot eiectâ: tam multis & linguis, & calamis in publica commoda locutam tam multis, affenfu publico laceratam. Eius hiftoriam qui leget, creuiffè comperiet, vt duce olim Nehemia, reftitutos Ierufalem muros, cum manu altera, trullam, & malleum opifex; arcum, & lanceam altera moueret; illa operi faciendo, hæc ab hoftis impetu defendendo. Illata Gentibus Euangelij lux; difputationes, & libri aduerfus omnes hærefeonefctas, propugnatio Synodi Tridentinæ, tum in fidei dogmatis, tum in morum inftauratione; defenfa auctoritas fummi Pontificis; promulgatus emendati Calendarij vfus, & his fimilia, Societatem quot locis expulerunt: Iaponia, Sinis, Æthiopia, Congo, Anglia, Scotia, Tranfylvania, Hungaria, Liuania, Bohemia, Belgio, Gallia, Grizonibus; additis fæpius probrofi exilij decretis, columnis, & pyramidibus ad æternandâ infamiam, cõmuni ad ludibrium, & vituperium adplaufu; addiçtione etiam nostrarum & domorum, & vitæ, in direptionem, & furorem populi, contra nos debacchantis. Vulgati deinde aduerfus Societatem, omnis generis libri, hiftorici, Poëtici, fabulofi, mercuriales, cenforij, forenſes, prouocatorij, Satyrici, Philippici, etiam, fi fuperis placet, prophetici, & qui non? certe bibliothecam foli occupaturi funt benè grandem. Quod à me tam certò ſcribitur, vt ante annos quadraginta, prodeunte primum Petri Ribadenairæ manu, ſcriptorum

guinis, &  
rendarum  
persecutio-  
num.

## VIII.

Eiectionibus,  
& famofis  
libris exag-  
tata Societas



nostrorum catalogo, contrarium illi contexuerit haereticus eorum qui contra nos scripserant tam multorum, ut vel vna ipsorum nomina iustum volumen conflare potuerint. At enim callidus compilerator quod habet optimum Ribadencira, id cauit quàm maximè auctorum nominibus quos censebat, vitæ illorum summam attexere noluit, haud sine improba calumniatoris benè consulti laude, ne Societatem quam cupiebat exosam facere, hostilitate talium aduersariorum faceret omnibus venerandam. Hortatur idem, orâtque Principes, & Europæ Respublicas ad conferendam pecuniam in sumptus ingentis operis confarcinandorum in corpus librorum, quicumque eatenus aduersum Societatem exierant: cœptum iam Rupellæ tam salutare negotium; tomòsque sex editos, sed animis supra facultatem; congesta promiscuè à collectoribus strenuis, quælibet obuia; omiſſa quæ cerni ponique debuerant, in quorum typos, tanti scilicet est, totius Europæ Principes conferre subsidia oportere. Ex eo tempore, turba eo excreuit, ut multo sit minus operosum eos refellere, quàm enumerare; nisi verius fortè, quod interrogatus in arreptio Damon, de nomine respondit. *Legio, quia demonia multa in eum intrauerant*, idem respondeat ex iis auctoribus non nemo: vnus enim complures effugiens in Societatem libros, variis titulis, & adscritiis multorum nominibus quasi ab iis prodiissent, palam fecit, instinctum dæmonum legione, se scribere, in maledicendi concordem rabiem, diuersis linguis furentium. Alij quod suis oculis obiebat Hieronymus, *in tantum imperiti, ut ne maledicta quidem habeant propria*, describendis quæ dudum prodierant, & alieno vomitu ebris, *alienis vocibus blasphemant*. Quid autem exoticæ titulis, & prodigiali nomenclatione, librorum frontes, ignota, grandia, priuatis aequè ut Regibus scitu per necessaria professæ? quem stultum, & stolidum non cogant ad eos thesauros toto suo patrimonio emendos? hic torquet, hic interpretatur, hic damnat, Societatis Iesu nomen; alius doctrinæ ipsius adumbrat arcanum; alius reteggit; est qui characteres Societatis diuinat, qui catechismum exponit; qui physiologiæ describit notas; non deest qui subtili anatome spiritum dissecet; qui scrutetur fibras, & interiora vitalia; qui latentia examinet, & secreto commissa studia; refert ille privata eiusdem colloquia; priuata spargit alius monita; arcana documenta hic euulgat; ille aphorismos eius enucleat, quidam à pristino defluam repræsentant; sunt qui eius agendi peculiarem modum; qui veram eius historiam ab ortu, per suos deducunt progressus; qui artes aperiunt; qui flagitia enarrant; infantes videlicet sexcentos, ut minimum, domi sacrilegio nobis natos; patricidio necatos in piscinis in quas coniecti fuerant repertos: congesta templorum in cameras arma, perduellibus vbi vsus foret armandis; nocturnos cuiusque suo cum dæmone tractatus ad condiscendas ab eo incantationes quibus cerebro moti religiosorum Ordinum professores in verba Pontificis iurarent: thesauros vndique in sepulchra veluti orbis spoliaria defossos. Consultationes hebdomadarias in rerum omnium publicarum politicam gubernatio



bernationem, ad priuatas nostras inde componendas, augendâque, quâ ventus adspirauerit, rationes. Concubinas Cardinali Bellarmino addictas mille sexcentas quadraginta duas, & ab ipso denique occisas, vt hinc nempe intelligeretur quid credi de aliis deberet, quorum erat virtus debilior, cum inter optimos insignis, fuisset nihilominus tantorum flagitiorum capax. Ad hæc prouinciarum rebelliones, cædes Regum, orbis deprædationes; & ruinas, denique scribebat ante annos septuaginta Nicolaus Sande-  
rus. [ De Iesuitis plures fortè fabulæ feruntur, quam olim de monstris. De origine enim horum hominum, & genere vitæ, & instituto, de moribus, ac doctrina, de consiliis, & actionibus varia simul, & contraria, ac somniorum simillima, non priuatis tantum colloquiis; sed publicis concionibus, librisque impressis publicantur.]

L. 3. ad  
Schism. Aug.  
glic.

Nec ista librorum colluies, perdita auctorum consilia segniùs promo-  
uet, quàm olim, Christi & Christianorum execrationem pestilentissima Pilati acta, Maximini iussu toto orbe Romano peruulgata, & in scholas in-  
ducta. Fingebat scriptor sacrilegissimi operis, exscriptum bona fide, ex co-  
gnitione iuridica causæ Christi, ex actis Pilati præsidis in illius condemna-  
tione, ex tabulario Ierosolymitani prætorij. Stiparat autem horrendis fla-  
gitiis, quibus innocentiam Christi Iesu, fureifer incestabat. Quæ vulgo cre-  
dita tam exosos fecerant Christianos, vt vbi se primum darent in publi-  
cum, ad ignem mox palam à conclamantibus poscerentur, ex quo & sarmen-  
titij dicti sunt, quam artem, quidlibet cuiuslibet Dei seruo, pro libidine inu-  
rendi, ad proritanda in illum hominum odia, nemo ferè est veterum, qui  
scriptis à se defensionibus non queratur, nemo cuius verba magnam par-  
tem, Societati non bellè congruant, vel exostulanti, vel seipsam solanti.  
[ Illi verò, inquit Athenagoras, etiam epulas detestandas, & concubitus in-  
cestos fingere nobis audent, partim ne temerè infensi nobis videantur;  
partim quod ita existiment, vel nos metu percussos à nostra professione  
abduci, vel principum animos, propter flagitiorum magnitudinem aduersus  
nos concitari, & exasperari posse. Nos verò illudi vos intelligimus; & non  
contra nos tantum, sed omnibus retro sæculis morem hunc fuisse scimus,  
diuina quadam lege, ac ratione, vt contrariam sibi virtutem improbitas  
impugnaret. ] Et suo quidem grandi periculo id sensere præstantissimi etiam  
mendicantium Ordines, ex quibus vt ducit Societas sanctimonix exem-  
pla, ita etiam consolationis, & Gregorius XIII. suprema sua autoritate  
Societatem erigens afflictam, duos profert *sanctorum Dominici, & Fran-*  
*cisci, præstantissimos Ordines*, suis etiam vexationibus perfunctos, & publi-  
co bono à summis Pontificibus seruatos. Nota Guillelmi à sancto amore,  
Parisiensis Doctores in illos factio, scriptiones, conatus; quamuis primo  
adhuc vt vnquam deinceps spiritu vegetos. Tam criminoso attore impius  
sanctissimos homines, & doctissimos deformauit, subornauitque tam frau-  
dulento veri fucos suas calumnias, vt eos & toti Gallix faceret odiosos, &  
extruderet pulpitis quæ Parisiis obtinebant, imò & spes suas sacrilegas  
mitteret

IX.

Libri aduer-  
sus innocen-  
tes quantum  
noceant.

Bull. Ascen-  
dente Domi-  
no &c.